

EXERCITATIO I.

*De utilitate philosophandi, ubi imprimis docetur,
quid quantumque profit in Deo cognoscendo lu-
men ingenii naturale exercere.*

I.



Hilosophiæ studiū mul-
tis hodie invisum est &
suspectum, propterea
quòd nec utilitatem ejus
noverunt, nec volupta-
tem animo unquam sunt experti. Et quam-
vis docueris Philosophiam non ut sellula-
rias cerdonum artes panis lucrandi ergo,
non etiam ut Grammaticam, Logicam a-
liasque, liberales quidem, sed tamen in-
strumentales, finis alicujus nobilioris gra-
tiâ; sed propter semet ipsam sive propriæ
dignitatis causâ expetendam esse, surdis
tamen narrabis fabulam, nec argumenta
tua ab honesto & jucundo desumta (quæ
apud sapientes viros primas semper obti-
nuere) quicquam valebunt, sed illud so-
lum penetrabit, quod petitur ab utili.

2. Vulgus enim non tantum amicitias,
verum etiam alia propemodum omnia so-
la utilitate probat, adeo ut plerique mor-
taliū ipsum Deum non tam propter ab-
solutam ejus perfectionem, quam suæ uti-
litatis

A

litatis